Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26467
Copyright: Admont, Benediktinerstift



& qui credit in me non sitiet unquam. Et iterum. Amen
amen dico uobis. qui credit in me habet uitam eternam.
Ego sum panis uite. Patres uestri manducauerunt man
na in deserto. et mortui sunt. Hic est panis de celo
descendens. ut si quis ex ipso manducauerit. non mo
rietur. Ego sum panis uiuus. qui de celo descendi. Si
quis manducauerit ex hoc pane. uiuet in eternum.
Et panis quem ego dabo caro mea est pro mundi uita.
Et rursum pro aliquo. Amen amen dico uobis. nisi manduca
ueritis carnem filii hominis. et biberitis eius san
guinem. non habebitis uitam in uobis. Qui manducat
meam carnem. et bibit meum sanguinem. habet uitam
eternam. et ego resuscitabo eum in nouissimo die. Caro
enim mea uere est cibus. et sanguis meus uere est potus.
Qui manducat meam carnem. et bibit meum sanguinem
in me manet. et ego in illo. Sicut misit me uiuens pater.
et ego uiuo propter patrem. & qui manducat me. et ipse
uiuit propter me. Post hec subiungit euglista.
Hec dixit in synagoga. docens in capharnaum. Quod
totum sicut ipse euglii secundum iohannem textus ostendit
manifeste anno integro ante passionem domini gestum est.
Nam sicut idem euglista scribit quando illud de .v. pani
bus miraculum factum est proximum erat pascha dies festus
iudeorum. nec tamen in ipso sed in pascha anni sequen
tis eum ad passionem uenisse commemorat. Hinc est